



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod nomina illa sumpta sunt à donis gratiæ no[n] propter se, sed propter  
nos eis data. C. D

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

diuina myſteria principatur. Potestates nominatur hi, qui hoc cæteris potentius in ſuo ordine acceperunt, vt virtutes aduerſæ eis ſubiectæ, eorum refrenentur potestate: ne homines tantum tentare valeant, quantum deſiderant. Virtutes vocantur illi, per quos ſigna & miracula frequenter ſunt: Archangeli, qui maiora nuntiant: Angeli, qui minora. Quod hæc nomina nõ propter ſe, ſed propter nos eis data ſunt: quæ ſumpta ſunt à donis gratiæ, quæ non habent ſingulariter, ſed excellenter, & à præcipuis nominantur.

Hæc nomina illis nõ propter ſe, ſed propter nos eis data ſunt. Qui enim ſibi noti ſunt contemplatione, nobis innotefeunt cognominatione. Et nominantur ſinguli ordines à donis gratiarum, quæ nõ ſingulariter, ſed excellenter data ſunt in participatione. In illa enim cæleſti curia, vbi plenitudo boni eſt, licet quædam data ſint excellenter, nihil tam poſſidetur ſingulariter. Omnia enim in omnibus ſunt, non quidem æqualiter: quia alii aliis ſublimius poſſident, quæ tamẽ omnia habent. Ceterum omnia dona gratiarum ſuperiores ordines ſublimius, & perfectius perceperunt, tamẽ ex præcipuis ſortiti ſunt vocabula, inferioribus cætera relinquẽtes ordinibus ad cognominationem: vt Seraphim, qui ordo excellentiſſimus eſt, tamẽ dilectionem quæ cognitionem diuinitatis, & cætera virtutum dona cæteris omnibus ſublimius & perfectius percepit: & tamen ab excellentiori dono, id eſt, à charitate nomẽ accepit ille ſuperior ordo. Maius enim donum eſt ipſa charitas, quam ſcientia. Item, Maius eſt ſcire, quam iudicare: ſcientia namque informat iudicium. Ideoque ſecundus ordo à ſecundo dono, id eſt, à cogitatione veritatis appellatus eſt, ſcilicet Cherubim: & ita de aliis intelligendum eſt. Aſſignatur ergo excellentia ordinum ſecundum excellentiam donorum: & tamẽ, ſicut Gregorius ait, illa dona hominibus

Greg. hom.  
37. in euang.  
gel. Luc. xj.  
poſt mediũ.

Hamil. 37.  
poſt medium  
euangelio-  
rum.

bus sunt cōmunia, Omnes n. ardent charitate, & scientia pleni sunt: sic & de aliis. Sed superiores a- *Ibid. paulo inferioribus.*  
 aliis excellentius, vt iam dictum est, ipsa acceperunt: à quibus & nominantur. Vnde Greg. In illa summa ciuitate quisq; ordo eius censetur nomine, quam plenius accepit in munere.

*Questio ex verbis Gregorii orta.*

D

Sed oritur hic quæstio talis: Si quisq; ordo ab illo dono nominatur, quod pleni<sup>9</sup> possidet, tunc Cherubin in scientia præminet omnibus, quia à scientia nominatur. Sed qui magis diligit, plus cognoscit. Tantum n. (vt tradit authoritas) cognoscit ibi quisq;, quantum diligit. Itaq; Seraphin nō solum in charitate, sed etiam in scientia præminēt. Ideoq; authoritas illa sic videtur intelligēda, *Explanatio illius authoritatis Gregorii.*  
 vt cōparatio nō referatur ad omnes ordines, sed ad quosdam, scil. inferiores. ille n. ordo nō pleni<sup>9</sup> Seraphin accepit scientiam in munere, sed pleni<sup>9</sup> aliis ordinibus, qui sunt inferiores. Nec nominatur quisq; ordo ab omni re quā pleni<sup>9</sup> aliis accepit, sed ab aliqua rerum quas accepit. Vel potest cōparatio referri nō ad ipsos ordines, sed ad alia dona: *Alia determinat ordinem eiusdem.*  
 nec ad omnia alia dona, sed ad quædam. Sicut n. homines cum plura habeant dona, quædam aliis excellentius possident: ita forte & angeli quibusdā muneribus magis pollent, & aliis quibusdā min<sup>9</sup>.

*Vtrum ordines ab initio creationis ita distincti fuerint.*

E

Iam nunc inquirere restat: Vtrū & isti ordines à creationis initio ita fuerint distincti. Quod ita fuerint distincti à primordio suæ conditionis, videtur testimonio authoritatis insinuari: q̄ tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine nāq; superiori Lucifer ille fuit, q̄ null<sup>9</sup> dignior cōditus fuit. Apost. etiā principatus & potestates *Ezech. 38. & Ephes. 6. b*  
 nebrarū nominat, ostendēs de ordinib<sup>9</sup> illis cecidisse: q̄ cum in malis ministeriū exerceant, nō tamen

men